

HIBERNIAE
II. TABVLA.

In qua Vltonia, Connatia, Media & pars Lageniæ.

VLTONIA ad ſeptentrionem Hiberniæ & ad mare Hyperboreum protenſa, Anglis *Vlſter*, Hibernicis *cui Gully* id eſt prouinciæ Gully, Britannis Vltvv, vocatur. Vt hæc in officio contineretur, quæ omnia iuris, pudoris, & officij repagula perfringere ſolebat, pars eius citerior in tres, & vlterior in ſeptem Comitatus diuiſa eſt.

Comitatus Vltoniæ citerioris.
- Louth 12:14. 55:18.
- Dovvne 13:14.55:43.
- Antrimne, forte vbi lacus Antre 12:7.56:8.

Comitatus Vltoniæ vlterioris
- Monahon 12:0. 55:12.
- Tiroen 12:18.56:2. alijs Tirone
- Armach 12:19. 55:46.
- Colrane 12:18.56:40.
- Donergal forte Dungall. 9:14 55:48.
- Fermanogh, iuxta lacū Erne.
- Cauon 11:24. 55:12.

Archiepiſcopus vnus in Vltonia, qui ſedem ſuam habet Armachiæ 12:19. 55:46. & Primas totius Hiberniæ dicitur. Hos habet ſuffraganeos Epiſcopos, Maeth & Deren, Ardach forte Arde 12:18.55:2. Kilmore, Clogher 11:52.55:46. Doune 13:14.55:43. Coner 13:8. 56:0.f. Clonckanos, Raboo, forte Rapo 11:8.56:18. Dromoore 12:54.55:32. forte.

CONNATIA ad occaſum Hiberniæ ſita. Anglis *connagh*, Hibernis *Connaghey* dicitur, & hodie in ſex Comitatus diſtribuitur.

- Clariæ 9:28. 53:26.
- Letrimne 10:6. 53:54.
- Galvveiæ 9:17. 54.6.
- Roſe comin. 10:15. 54.37.
- Maio 8:53. 55:5.
- Slego 9:5. 55:16.

Sunt etiam in hac Baro de Atterith, Baro de Clare 9:22. 54:14. & alij. Archiepiſcopus vnus qui Tvvenij vulgo Toam 12:19. 55:46. reſidet, & Momoniæ adiudicatur, ſub quo hi ſunt.

Epiſcopi ſuffraganei.

- Kilmako,
- Olfine, Biſhops Helphen, forte. 10:13.54.49.
- Auaghdoune
- Clonfert 8:20. 54.7.
- Moroo.

MEDIA, Hibernice *Myh*, Anglice *Meth*, quod ſit in ipſo Inſulæ medio, propter populi multitudinem, caſtrorum & oppidorum fortitudinem & pacem inde natam, vulgo *Camera* Hiberniæ vocatur, & in *Mediam* orientalem & occidentalem diuiditur. In Orientali eſt oppidum Droghda 12:34. 54.54. In Occidentali Baro Deluiniæ 11:38.54.40.

Meridiani diſtant ratione paralleli 55:60. ad circulum maximum.

VIII